Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



112

putam hunc sensum quia addidit. Erunt ex hoc quinq; in domo una.
diuisi tres in duo. & duo inter se diuident. Qui sunt enim quinq; cum sex pso
narum uidetur facta et subiectio. patris & filii. matris & filiae socrus. & nu
rus. quamquam cadem mater quae socrus accipi possit. Quae enim mater est filii. so
crus eius uxoris est. Vt iuxta litteram quoq; numeri non absurda sint ratio.
liquidoq; clarent fidei uinculis necnam non et naturae. quia licet officio
pietatis obnoxii fidei tamen liberi sunt. Non incongruum quoq; uidetur
similitudinem interpretationem eiusdem hunc sensum. Domum una homo unus est.
Vnusquisq; enim domus aut dei est aut diaboli. Itaq; domus spiritalis homo est
spiritalis. sicut habemus in epistola petri. Et uos tamquam lapides uiui
edificamini in domos spiritales in sacerdotium sanctum. In hac ergo domo
duo inter se tres in duo diuidentur. Duos legimus fraudentur anima & corpus.
quod si duos inter se conuenerint. & fecerit utraq; unum. Et alibi castigo
corpus meum. & in seruitutem redigo. Aliud est quod seruit. aliud cui subiicit.
Si duos agnouimus. etiam tres agnoscamus. quod per eliuc ex illis duobus est
intelligere. Tres enim animae in corpore affectiones sunt. una ratio
nabilis. alia concupiscibilis. tertia impenetrabilis. hoc est. dorictoh
ethe ychtikoy cykoy. Non ergo duo in duo sed duo inter se. & tres
in duo diuidentur. Et enim paradiseum xpi homo qui erat irrationabilis.
rationabilis factus est. Amittere eam similes bestiarum quae rationem nesciunt.
eam carnales. eam terrenis iuxta sententiam. Terra es. & in terram ibis. Venit
dei filius misit spiritum suum in corda nostra. facti sumus filii spiritales. possumus dicere
quia in hac domo sunt alii quinq; idem odor: tactus. gustus. uisus. & auditus.
Ergo si secundum ea quae audiuimus aut legimus reparato sensu uisus atq;
auditus excludamus superfluas corporis uoluptates. quae gustu. tactuq;.
& odore pariuntur. duos in tres diuidimus. eo quod mentis habitus
uitiorum non capiatur illecebris sed emulationem uirtutis alienorum & uo
luptatibus abducatur. ne fiat omnium una consensio quae peccat.
& in eorum se diuidentia separantur desideria cordis. & officia uir